BERNARDUS CLARAEVALLENSIS
12. Jh.
Seite 31r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26143
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Ad ultimum & primum respondeat timor tuus. ad duo media pudor. Pater sane
non metuit cum pater sit. Patris est misereri semper & parcere. & si percutit uulga
non baculo percutit & cum percusserit sanat. Patrna vox est. Percutiam & ego sanabo.
Hic est pide quia a patre formidet quia & sicundo feriat ut emendet non quia tamen ut
uindicet. Ait cogitantes quia patre offendere. est certe quia pudeat & si non quia timeat.
Voluntarie me genuit sibi uerberari. non stimulo carnalis cupiditatis excussit.
Quadmodum genitor carnis meae. Deinde non pepercit unigenito pro sic genito.
Ita ipse quidem patre se exhibuit in. s. non ego me illi uicissim filium. Quia fron
te attollo iam octo ad uultum patris tam boni tam malo filio. Pudet indigna
gessisse gene meo. pudet tanto patre uixisse degenere. Exit aquarum de
ducite oculi mei. operiat effusio faciem meam. uultum meum pudor suffundat.
occupetque caligo. deficiat in dolore uita mea & anni mei in gemitibus. Ph
pudor quia fructum habui in quibus nunc erubesco. Si in carne seminauit de car
ne non metam in corruptionem. Si in mundo. & ipse insit & concupiscentia ei.
Id. Caduca uana & prope nulla & quae finis moris est infelix & insanus
perire non erubuit. Etenim patris amoris & honoris. Confundor confundor audire.
Si ego pater ubi honor meus. s. & si pater non est. obruerent me beneficia. In
stauratur adversum me testes ut alia innumera taceam huius corporis uicium & usum
temporis huius & super omnia sanguinem dilecti filii clamantem de terra. Pudet & ignominia.
Quam ad profusionis cumulum arguar & reddidisse mala pro bonis & odium pro di
lectione. Minime quidem a benefactore sicut nec a patre timendum est. Vere quippe be
neficium est dare affluenter & non improperare. Nil improperat dona quia dona sunt & beneficia
sua in dedit non uendidit. Denique sine penitentia sunt dona eius. Ait quanto de
illo benignius tanto de me indignius sentire cogor. Erubesce & dole nichomin
us anima mea quam & si illum non repetere & non improperare decet nos tamen omno
dedecet ingratum immemoremque extitisse. Heu quia nunc tandem retribuam pro omnibus quae
retribuit mihi. Id si segnior forte minus suam partem exequi pudor. timor
sane excitet in adiutorium. Excitet ut excitet. Sepone parum pia vocabula
benefactoris & patris. atque ad austiora conuertere. Hinc quia legitur pater miarum
& deus totius consolationis. legitur nichominus deus ultionum dominus. legitur deus iudex
iustus fortis. legitur terribilis in consilis super filios hominum. legitur deus zelans.